

B.

scopus¹ et coram imperatore ad sanctum Petrum duxit.

Inde imperator Pennam venit ibique episcopus [et comes] de Marsi [sibi] occurrerunt et obsides de illa provincia ad imperatorem duxerunt. Quos veniens² accepit imperator cum misericordia, quia omnia sua secundum voluntatem suam bene erant conversa.

Sedentibus autem illis et ex² multis sermocinantibus interrogavit imperator episcopum, si aliqua Sanctorum corpora requiescerent in sua ecclesia. Dixit episcopus: 'Quare interrogatis, domine'? Respondit imperator: 'Quia

T.

clesia Adeldagus venerabilis Hamaborgensis episcopus receptum imperatori usque ad sanctum Petrum perductum praesentavit³.

Et⁴ exinde more suorum praedecessorum rem publicam, quam variis foedatam erroribus repperit, misericorditer restauravit, habitoque colloquio in monte Sancti Leonis viduis et orphanis omnibusque ad se venientibus iniuste oppressis legem dedit. Quibus omnibus rite peractis ad Saxoniam repedare statuit: peragratis igitur locis quamplurimis tandem Pennam, ad quam multa Sanctorum translata extiterant corpora, applicuit, ibique episcopus et comes de Marsi sibi occurrerunt et obsides de illa provincia imperatori adduxerunt. Quos advenientes imperator cum misericordia recepit, omnia enim ad votum, potita de hoste reipublicae victoria⁵, successerant.

Sedentibus autem illis et de multis rebus sermones texentibus interrogavit imperator episcopum, si aliqua Sanctorum corpora in sua requiescerent ecclesia. Respondit episcopus: 'Quare interrogatis, domine'? Respon-

1) Nach T wohl zu ergänzen: 'Hamaborgensis Adeldagus recepit'.

2) So Hs. 3) Hier wird mit den Worten: 'Redeundo autem ad narrationis nostrae seriem dictus Dodo presbiter agnitis sanctissimorum martyrum S. Felicitatis filiorumque eius reliquiis' zu dem Schlusse 'magno repletus' etc. (vgl. unten) übergeleitet. 4) Die Stelle folgt in T schon oben hinter 'accipere meruit'. 5) Die Wendung 'potita — victoria' fehlt also in B und ist daher möglicherweise Zusatz des Verfassers von T.